



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

87 D. Ambrosius, & DD. Germanus, ac Lipardus inter Aduocatos Fisci
connumerantur: sicut S. Iuo Collegij Aduocatorum Consistorialium
Patronus, & S. Raymundus de Pennafort inter Aduocatos Pauperum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

col. 2. inquit, Iuo natione Brito
 eruditissimus I. C. præter doctrinã,
 & singularem eloquentiam, quibus
 egregie insignitus erat, mira etiam
 pietate, & misericordia in paupe-
 res vsus celeberrimus habitus &c.
 Patrimoniũ amplum cum haberet
 spem in Deo collocans, pauperũ, &
 orphanorum, ac viduarum causam
 pro virili semper tueri voluit. Hic
 igitur Almificus Iuo Aduocatorũ
 omnium lucerna cõdignam laboris
 sui mercedem à Domino percepit
 &c. deq; eodem Io. Meyer. li. 12.
 Ann. rer. Fland. ad an. D. 1342.
 sub fin. appositè scripsit, erat enim
 magnus I. C. Aduocatus, & pater
 87 pauperum. Quarè* Collegiũ Ad-
 uocatorum Consist. eundem in
 Patronũ elegit, & singulis annis
 die

SEPTIMUM. 303

die 19. Maii sacris solemniter
celebratis in eius templo assistit
vnà cū S.R.E. Cardinalium cætu,
ac Collegio Auditorum Rotæ,
vt Cherub. testatur d. scholio 1.
vers. hinc etiam est, Quibus Fon-
tanelia d. n. 20. vers. de Diuo no-
stro & Reuerendis. Scannarolus
d. n. 43. vers. uti etiam, addunt
Diuum Raymundum à Penna-
fort Barchinonensem Ordinis
Prædicatorum compilatorem
Decretalium editarum à Gre-
gorio IX. & Sanctorum Catha-
logo adscriptum per Clemen-
tem VIII. vt legitur in eius Con-
stitutione 77. qui non solum te-
statur §. 6. adeptà Doctoris lau-
reà Bononiæ Sacros Canones
publicè magna cum hominum
ad-

admiratione absquè vllò stipendio interpretatum fuisse, sed addit §. 21. à Gregorio I X. ob eam, quàm in egenos charitate æstuabat, appellatum fuisse patrem pauperum; Atquè ideò Fontanella sequenti num. 21. inquit, illum in patronum assumpsisse, tam Iurium Professores Barchinonenses, quàm Advocatos Toletanos, qui singulis annis eius diem festum solemniter celebrare consueuerunt.

LAVS DEO.